

Discursus Studenticus ...

**Pensum Sextum : Pensum Sextum Dianomatos Stoydentoku De Carminis
Laudativi Decoro i.e. Vom Lob-Gedicht Viro ... Domino Hermanno Christophoro
Engelcken, S.S. Th. D. ... Sceptra Academica Academiae Varniacae Anno
MDCCXXXIII d. 21. Octobris tertia jam vice acceptanti Sacrum cupiebat
Pomeranorum Senior**

Rostochii: Adlerus, 1733

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74939353X>

Band (Druck) Freier  Zugang



PENSUM SEXTUM
ΔΙΑΝΟΗΜΑΤΟΣ ΣΤΟΙΧΑΕΝΤΙΚΟΥ
DE
CARMINIS LAUDATIVI
DECORO

i. e.

Vom Lob-Gedicht

VIRO
MAGNIFICO
AMPLISSIMO, SUMME REVERENDO
DOMINO

HERMANNO CHRISTOPHORO

S N B E E R E N,

S. S. Th. D. ejusd. P. P. Ordinario Longe Celeberrimo,
Ad ædem Johanneam V. D. Præconi Vigilantissimo,

SCEPTRA ACADEMICA

ACADEMIÆ VARNIACÆ



Anno MDCCLXXXIII d. 21. Octobris

tertia jam vice

acceptanti

SACRUM

cupiebat

POMERANORUM
SENIOR.

ROSTOCHII, Typis IO. IACOB. ADLERI, SEREN. PRINC. & ACAD. Typog



ΠΡΟΕΤΟΙΜΑΣΙΑ.

Cum jam sit propositum, VIR MAGNIFICE, hodierno die aliquod POMERANORUM in TE pietatis monumentum & pignus offerre, licebit, ut inde eo ipso hæc levidensis charta non solum splendorem quandam foveretur, sed quoque amore Tuo digna habeatur. Caput I. igitur tractabit Carmina in genere; Caput II. Carmina inspicie Laudativa.

CAPUT I.
DE CARMINIBUS IN GENERE.

§. I.

Carmen est liberior Scriptura verborum nervoso numero colligatorum in laudem alicujus composita. Quæ descriptio quadantenus nititur descriptione Poetæ CICERONIANA (a) *Poeta* inquit est finitimus Oratori, numeris adstrictior paulo, verborum autem licentia liberior, multis vero ornandi generibus socius ac penè par, in hoc certe quidem prope idem, nullis ut terminis circumscribar jus suum aut definiat, quo minus ei liceat eadem illa facultate & copia vagari, qua licet. Hanc apponere libuit, quo abstractum juxta concretum locatum magis perspicue elucescat.

(a) Lib. I. de Oratore Cap. 16.

§. II.

De Carminum *Origine* si quæris, ante omnia notes velim homony-

monymiam. Sic græcis carmen dicitur *ἔπος*; quandoque autem & significat incantationem græce *ἑπὸς*. Sed cum hæc significatio duplex jam per se pateat unicuique sani principis homini proinde eam ulterius non premamus. Originem Carminum merito arcefferis ab ipsa natura, siquidem ipsam hominis naturam Metri, Rythmi, Harmoniæ fauricem sese præstare atque ad eam inclinare certum est, modo atque ratione cuique genti licet diverso. Quare alii Poetæ nascuntur, non fiunt; alii fiunt, non nascuntur.

§. III.

Utrum Græci qui suam Philosophiam in *Poeticam*, *Jonicam*, & *Eleaticam* dispescere consueverant, primi Carminum fuerint Inventores, de eo scribit PETRUS LAMBECIUS (a) *Perperam*, inquit, *Græci primam poeseos inventionem sibi arrogant, utpote cum sine dubio vera ejus origo, inde ab ipsis mundi incunabulis & primo mortalium Adamo derivanda sit.* Ubi vero explodendum statuimus Judæorum figmentum Psalmum scilicet XCII. vel juxta alios XCI, agnoscere ipsum Adamum componentem.

(a) In Prodr. Hist. Lit. Libr. II. Cap. III. p. 162.

§. IV.

Nec Carminum originem ac incunabula cum aliis, antiquitatem natalesque eorum plane ignorantibus, ad ASCRÆUM aliquem aut MOEONIUM senem referimus. Quippe non recentius coeperit quam homines, uti loquitur A. BUCHNERUS (a) & procul dubio his ipsis prius. Quid faciunt quæso aut agunt feliciores illi ac coelestes genii? - - DEum celebrant: non rude id quidem ac simplici voce, sed modulatissimis etiam, ut arbitror, numeris, ad quorum divinitatem omnes nunc Poetarum obmutescant Musæ!

(a) In Epist. Dedicator, præmissa AURELI PRUDENTII CLEMENSIS Hymnis de Christi Domini & Salvatoris nostri Natali edit. Witteb. 1643.

§. V.

Quod igitur jam Mosis ætate carmina cantica fuerint, quis dubitet, cum satis clarum sit ex Exod. XV. & Deutr. XXXII. Et si progredimur, reperimus in S. Literis Cantica Salomonis, Davidis

A2

Ex.

Ex quo constat, quod & Ebraei jam condiderint versus. Quamvis vero aliquis exciperet, hæc carmina fuisse *Ἰσραηλιτῶν*, tamen non ausim idcirco inficiari, ullam in usu fuisse Ebraeis carminum artem. Cum tantum abest, ut de ratione Ebraeorum Carminum liqueat. Plura affert J. F. BUDDEUS (a) & SALOMON VAN TILL (b).

(a) In Hist. Ecc. V. T. Tom. II. Period. II. Sect. III. ad §. 26. p. 291^o seq. (b) in libro, qui antea lucem aspexerat sub rubr. de Poesi & Musica Veterum, nunc vero Francofurti excusus idioma- te Paterno sub tit. *Dicht. Singund. Spiel. Kunst, sowohl der Alten, als insbesondere der Ebrer &c. in 4to.*

§. VI.

Quibus præmissis, pervenimus ad alias Gentes Carminum amantes. Apud Gallos invenimus nonnullos BARDORUM nomine venientes, qui Heroum facta carminibus complexi sunt, Teste G. J. VOSSIO (a) Sicuti & legimus, idem in usu fuisse Romanis (b) Germanis (c) ceuliquet ex C. CORN. TACITO (d) Scriptorum vero & quidem de *arte Poetica* inter Græcos primus fuit ARISTOTELES, qui eam in se suscepit ejus laboris molestiam. Romanorum e contra maximum & primum Poetam se exhibuit Q. HORAT. FLACCUS (e). Quibus adjungatur OLAUS BORRICHIVS (f) ANDR. CHRIST. ESCHENBACHIVS (g).

(a) De Natura & Constit. Artis Poet. Cap. III. §. 12. Tom. III. oper. p. II. (b) Apud CORN. NEP. in Vit. P. ATTICI. Cap. XIII. (c) Conf. ERDMANNI NEUMEISTERI. Diff. de Germanorum Poetis p. 7. (d) De moribus Germanorum Cap. II. (e) De arte Poetica. (f) In elegantiss. disp. de Poetis p. 1. (g) In diff. de Poetis Sacris Græcis & Latinis in diff. ejus Academ. p. 69.

§. VII.

Examinemus nunc porro carmina medii ævi. Verum ne dicta dicamus vel scribamur remitto B. L. ad POLYC. LEYSERUM (a). Agamus jam de diversa Carminum natura atque indole. Varia autem eorum reperiuntur genera. Sic habentur Carmina *Gnomica*, a Poetis *Gnomicis* facta ad aliorum hominum animos cognoscendos, de qua arte commentantem evolvas J. G. WALCHIVM (b); Carmina *Episcoporum*, de quibus HENR. MUHLIVS (c); Carmina *Cordubensium*, quorum Carmina pingue quid atque peregrinum so-

rare.

nae dicuntur, & magis Ingeniosa, quam erudita, ceu testatur DAN. GEORG. MORHOFIUS (d). Cum Platone (e) vero omnino consilium abeundi dicimus Carminibus *Fescenninis, Priapicis*, quae omnium cordatorum consensu legi non merentur, cum ex infernalis genii afflatu concitata libido quorundam improborum Poetarum sint effusa atque commenta. De Carminibus *Heroicis, Satyricis, Comicis, Tragicis* adeas Scriptores passim, praesertim GOTTL. STOLIUM (f).

- (a) In hist. Poetar. & Poemat. Med. xvi. a C. N. CCCC. Seculor. (b) In Diss. de arte aliorum animos cognoscendi p. II. (c) In diss. de Poetis Episcopis. (d) In ejus diss. Acad. diss. de Patavinitate Liviana pag. 548. (e) Conf. M. Ficcarti Isagogen in Lectionem Aristotelis ab J. C. Durrio ad Theol. applicat. Cap. XVI. §. XI. p. 152. (f) In der kurzen Anleitung zur Historie der Gelehrtheit P. I. Cap. V. p. 206. seq.

§. IIX.

Qua occasione ad principale quoddam Carminum Ethnicorum & Christianorum discrimen devolvimur. Illa floruerunt in tenebris gentilismi antiqui. Hodiernae vero Poeseos Ethnicae quoddam specimen communicat B. PFEIFFERUS (a). Christiana vero Carmina valent apud nos Christianos in veritate Evangelii ambulantes, cujusque linguae vel nationis sint. Ast amabo! si paulo accuratius, ea perspexeris, qua autorem hodie proh dolor! nullum erit discrimen. Utriusque enim sunt *μυθολογοι* i. e. fabularum narratores, ut adeo saepe quadret illud in utrumque:

*Vivunt Carmine inani Poetae,
Si nugae adamas. fame peribunt,
His mendacia sunt opes & aurum;
Flugunt quaeque volunt putantque palmam
Mentiri bene gloriosorem.*

Verum enim vero considerem, cum jam ipsi emundioris nasi Poetae gentiles in suis carminibus has ipsas fabulas agnoverint falsas ac absurdas teste B. FECHTIO (b), abstinerent nostri ab invocatione & nominibus illorum *μυθολογων* Gentilium. Et si Numen Deastrorum adhibitum sit in carmine, fiat illud reprehensorie, non

autem testificatorie & invocatorie. Sic illud tum erit Zeli religiosi; hoc autem alias est cum Gentilifino collusionis argumentum, quæ sunt verba DANHAUERIANA. (c) Percipe elogium, quo RECHENBERGIUS (d) mactat Græcos Poetas, e. g. GREG. NANZIANZENUM, CLEM. ALEXANDRINUM & alios, & miraberis eorum Poemata ab hodiernis quisquillis immunia. Utrum autem Poetæ fabulis fictis proprie mentiantur? de hac quæstione negativam communicat DÜRRIUS (e) responsionem.

(a) in Dubb. Vexatt. Cent. III. Loc. 46. p. 538 seqq. (b) in Schediasm. Sacr. Exerc. I. §. 67. (c) Colleg. Decal. Disp. II. §. 12. (d) in Libr. de studiis Academicis Sect. V. §. 8. (e) in Instit. Ethicæ P. III. Sect. II. Cap. IX. §. XI. p. 237.

§. IX.

Utrum Carmina nostra divina sint dicenda, an humana quaeritur. PETRONIUS hominem & Poetam sibi invicem opponit, ceu refert D. G. MORHOFIUS (a) cum ille ita, *sepius* inquit, *poetice*, i. e. *divine*, quam humane locutus est. Adducit quoque POLYHISTOR hiece LUCIANUM, docentem carmina non esse humana, sed divina. At enim vero si intelligeremus proprie, toto caelo erraremus. Quid enim sic divinitatis strictius sic dictæ relinqueretur carminibus Biblicis, si hæc *ev. Scia* appellares sicuti & APPULEJUS (b) τὸ *inhumanum* in oppositione ad humanum accipit pro divino, cum scilicet ita: *lavacroque pulcherrimo & inhumana mente lacrimis eas opiparè reficit.* Unde si divina i. e. Apollinis & Musarum dicuntur, quomodo quidem VIRGILIUS: (c)

Vos o Calliope preces aspirate canenti,

nos non habes contradicentes.

(a) l. c. pag. 73. (b) Libr. V. Metamorph. X. pag. m. 93. (c) An. IX.

§. X.

Nec tamen eapropter Carmina vel adeo leviora studia vocare audeamus, quemadmodum quidem SENECA intendit referente A. BUCHNERO. (a) Sunt quippe Carmina modus non levis Religionem propagandi, ceu ostendit J. A. SCHMIDIUS. (b) Ut taceam quod Crucem aliquando Poetis figant. Nam qui carmen in omne ævum

ævum

ævum duraturum vult, neque Criticorum incurrere censuram, ad Parnassum fugiat, atque recentem suum fœrum novem illis fororibus, quæ Poesi & bonis artibus præfunt, committat, donec singulæ per integrum annum imperfectiones & maculas adhaerentes absterferint, quæ est explicatio ERNESTIANA (c) verborum HORATII :

- - - - - si quid tamen olim
scripseris, in Meti descendat Judicis aureis ;
Et Patris & nostras, nonumque prematur in annum.

Quam limam experta sunt carmina illa aurea χρυσᾶ ἔπη Pythagoreorum. Quare omnino ejusmodi carmina magni facimus, cum PUFFENDORFFIO (d) illam Poesin elegantibus & curiosis annumerantes. Condimenti, inquit, ac ornamenti vicem in cultura hominis habet illa Poesis. Quinimo pro munere DEI accipienda fit illa ars Poetica, hujusque carmina, cum monstrat magnus quondam literarum elegantiorum in Germania Stator ac Vindex JO. CASELIUS. (e) Quippe quodvis carmen suis ferme vocabulis, suoque sermone gaudeat. Multa namque Epici carminis Magestas excludit, quæ Elegorum admittit exilitas; alia Cothurnum Tragicorum, alia Comicorum Soccum decent. Apage igitur TANACQUILL FABER. (f)

(a) Epist. P. III. Ep. LXXXIV. p. 857. (b) in diff. de modo propagandi Religionem per carmina p. t. (c) Conf. M. JOH. CHRIST. ERNESTI diff. prior. de Cunstationibus Eruditorum in compon. Libris §. IV. p. 9. (d) de Jur. N. & G. Lib. II. Cap. IV. §. 13. (e) in Oratione de arte Poetarum. (f) de fertilitate Poetica, quem vero refutavit FRID. SCHÜTZIUS Past. Lips. in pecul. disp. de h. m.

§. XI.

Carmina optima autem aliquando a Poetis in sano sensu Enthusiasticis fabricari, experientia docet. H. MUHLIUS (a) refert hæc talia de J. B. MORINO. Hic in componenda sua Adonide ita abreptus fuisse dicitur, ut etiam, quamvis ignis jam alterum femur comprehendisset, non senserit. Similia refert ADR. BAILLETTUS (b) de DN. BREBEVE. Gallicæ Poeseos non inidoneo Cultore, qui cum febris laboraverit, elegantissima condidisse carmina

carmina fertur. Plura exempla *περὶ Ἐνθουσιασμῶν* Poetici ut taceamus. Interim qui plura appetit, adeat CHRIST. FRID. HEUSTINGIUM. (c)

(a) in Disp. de Enthusiasmo Poetico §. 56. (b) Tom IV. de Poet. hodiern. P. V. art. 1496. (c) in Diss. de Enthusiasmo Poetico. p. 13. seqq.

§. XII.

Ad mores Poetarum in struendo Carmina, varii variis arri-
dent. Alii Poeticos encomia affectantes putant, se tum demum
Maronem superaturos, si vino largius haulto, quod quidem mo-
dice sumtum condudere Poetae & Oratori aliquando putat M.
HENR. GOTTF. WAGNERUS (a) atque exantlato, numerosisque
poculorum *Machinis* i. a dictum *Ἐνθουσιασμῶν* Poeticum provocatum
expugnassent. Cuius præjudicii Fautor fuit CAMILLUS QUER-
NUS, *ἢ* minor Bacchi quam Apollinis Culor, Archipoeta dictus.
Hic referente M. JO. FRID. SCHUMANNO (b) cum aliquan-
do de se canere iussus hoc metro uteretur gloriabundus :

Archipoeta facit versus pro mille Poetis ;
reposuit ad hæc eadem satis felix atque expeditus LEO FONTI-
FEX :

Et pro mille aliis Achipoeta bibit.

Cui haut absimilis fuit JO. VILLIFRANCUS, qui quidem Car-
mina Græca, Latina, Gallica ex tempore fuisse legitur, verum
qua reliqua genuinus Cynicorum pullus stasuebat namque :

Nulla placere diu ac vivere carmina possunt,
Quæ scribuntur aquæ potoribus.

Alii vero putant sese cane & angue pejus fugere laudem Poe-
tarum, nisi Veterum more perverso fingant, suaque ut NICO-
LAUS NIGER dicere solitus est (c) omnem meretricem tanquam
mercedem aliquam, nota obsignent. Rursus alii magis Pædantissimi
quam Illi notam sibi inurentes deprehenduntur. Cum hi matuti-
num tempus; illi meridianum; isti nocturnum eligant. Gestus
autem sunt monstrosi. Sic nonnulli ad opus conficiendum assum-
tis

tis tabulis stupida fronte arcanum quoddam submurmurant. Quare
STATIUS : (d) - - - Tu procurrentia primis

Carmina nostra sonis totasque in murmure noctes
 Aure rapis vigili.

Qua & spectat torvum supercilium Poetis maxime competens; imo
 quod unguis praeordeant, aures scalpant; &c. de quibus **MOR-**
HOFIUS. (e) Unde non mirum quod accidat, ipsos sicuti paren-
 tes suos liberos, ita sua carmina exosculari, cum saepe magno la-
 bore ipsis steterint, ceu loquitur **J. C. DÜRRIUS** (f).

(a) in Diff. de Enthusiasmo oratoris § X. (b) in Diff. de Eruditio-
 ne noxia § XXI. pag. 61. (c) l. c. (d) de se ad Uxor. Lib. III.
 Sylv. (e) in diff. Acad. diff. III. de Furore Poetico pag. 81. (f)
 in Ethic. Paradigm. Aphorism. VII. §. III. p. 226.

CAPUT II.

DE CARMINE LAUDATIVO IN SPECIE, EJUSQUE DECORO.

§. I.

De Carmine Laudativo paulo specialius agere juvabit. Ebraice
 dicitur הלוי. Non nostram autem facimus **B. J. P. GRÜNEN-**
BERGII (a) explicationem vocis הלוי, ut scilicet saltationem si-
 gnificet. Sed nativam ejus significationem indagantes, reperimus,
 significare proprie laudes, glorificationes, quippe in Plurali, non sin-
 gulari usurpetur hoc vocabulum, juxta **M. GEORG. AVENARIUM**
 (b); ut cum dicitur ישב תהלות (c) inhabitans laudes Israel, vel
 fessor laudum i. e. a populo tuo laudibus perpetuo celebraris, lau-
 daris. Quo & tendit significatio **BUXTORFFIANA** (d) הלוי per
 carmen laudativum explicans, respectu habito ad carmina sancta in
 Festis & nuptiis decantari solita.

(a) In diff. de Saltatione Christiano licita Sect. I. Theorem. §. 4.
 (b) Conf. ejus: ספר השרשים sub radice הלוי pag. m. 165.
 (c) vid. Victor. Bythneri Lyra Prophetica Davidis Regis
 Psalm. XXII. vers. 4. p. 237. (d) in Lex. Hebr. Chald. p. 169.

B

§. II.

§. II.

Abstrahamus vero h. v. a carminibus laudativis sacris, quatenus hæc decantari oportebat ad laudes & opera Numinis Sanctissimi celebranda, ad salutarem doctrinam propagandam aliisque inculcandam, ad pios sanctosque affectus excitandos, & quicquid præterea poeseos Sacrae sit, eaque ad exemplum Mosis, Davidis Salomonis ac veterum Ecclesiae Doctorum erant directa. Agamus tantum de carmine laudativo profano.

§. III.

Cum igitur hoc vocabulum ex superioribus jam pateat, ejusque definitio per se facile cujusque mentem intret, proinde ad Carminis Laudativi varia genera nos accingimus. Sic occurrunt. 1) *Gratulatoria*, adhibentur hæc ut plurimum in casu fortunato vel Amicorum vel Superiorum nostrorum; 2) *Epithalamia*, quæ in nuptiis solent offerri. 3) *Epinicia*, quæ instituuntur ubi aliquis Imperator victoriam e bello deportaverit, & aliis casibus, quos fortuna bellica sibi vindicat. 4) *Praconia* in promotionibus Eruditorum & dignitatibus distributis obvia; 5) *Epicedia*, quæ mors tristis nobis extorquet.

§. IV.

Missis autem *Quatuor* prioribus paucis attingamus **CARMINA EPICEDIA**. Hæc autem jam diu floruisse atque veteribus recepta fuisse sicut & cætera versuum genera, nulli dubitamus. Observandum vero hic occurrit Has Epicedias iterum duplicis fuisse generis sicuti & hodie adhuc vel breviores paucis vel longiores multis versibus consistentes. Ad has quod est, sic satis luculenter docet nos JO. DAV. KOELERUS (a) de iis, cum juxta sepulchra defunctorum, conjecerint *Celta* in rogam Carmina, Epistolas, ad propinquos scriptas, quæ a defunctis legantur; ubi insimul adducit M. NICOL CHRIST. REMLINGIUM (b) qui refert, *Celtas* mortuorum monumentum statuissent, eorum honori inscriptiones sepulchrales tribuisse. Et plura specimina carminum apparatu & tractu suo vel HOMERI & VIRGILII Poematis æmulatorum ibi habebis. Quod vero spectat ad *Epigrammata*, sic asserit CORN NEPOS (c) POMP.

POMP. ATTICUM in iis condendis felicissimum fuisse atque expeditissimum, ita enim ille: *Versibus, qui honore verumque gestarum amplitudine ceteros Romani populi praestiterunt exposuit ita, ut sub singulorum Imaginibus facta magistratusque eorum, non amplius quaternis quinisque versibus descripserit.* Praeconiorum autem invenis exemplum apud CICERONEM, (d) qui dum T. A. MILONEM defendit, ita: *Graci homines Deorum honores tribuunt iis viris, qui tyrannos necaverunt. Quae ego vidi Athenis? quas res divinas talibus institutas viris? quos cantus? quae CARMINA? &c.*

(a) in Diff. de Veterum recentiorumque Germanorum Scholis foliis & solidis §. VI. p. 24. (b) in Diff. de Celtris §. XIV. (c) in vita P. ATTICI Cap. XIX. §. 5. 6. (d) in Orat. pro A. Milone Cap. XXIX.

§. V.

Nunc ad Carminis Laudativi DECORUM. Est autem hoc Decorum duplex aliud est internum, aliud est externum. Primum de Interno. Sicuti omnium & singulorum hominum est in dictis & factis decenter se gerere; ita praecipuis est Poetae decorum Poeticum bene observare. Hoc decorum dicitur MARTIANO (a) venustas, dum IV. constituit hujus decori requisita, ut *Nervum, Numerum, Candorem & VENUSTATEM.* Ubi merito valet: Relata sint simul naturâ. Alias enim facillime nostra Poesis se se risui exponat.

(a) in Lexic. Philol. tit. Poetis.

§. VI.

Judicet igitur quisque, quid quemque deceat, e persona ejusque. Nam nullus sermo, ut loquitur ERASMUS ROTERODAMUS (a) *venustus est, (ita & nullum carmen) qui non congruit Personae, nec rebus est accommodatus.* Deinde, carmen aliquod conditurus ad finem quem sibi constitutum habet, respiciat. Si quis enim nil aliud spectet, quam ut delectet, & legentium animos lætitiis perfundat, aut iis, in quorum honorem scripsit suum carmen, aduletur, quod quidem fere omnium Poetarum est commune vitium, de quo vid SCHÖNBORNERUS (b) se non minus atque suum carmen exponet contemptui atque ludibrio. Antiquissimis quidem Poetis constitutum fuisse gravissima Philosophiae dogmata

dogmata rythmice proferre si alias fidem habere possumus, & sane possumus fidem habere HORATIO (c) qui ita :

... Fuit hæc sapientia quondam,
Publica privatis, secernere sacra profanis,
Concubitu prohibere vago, dare jura maritis,
Oppida moliri &c.

sed rara avis ! cum plurimi tamen si non unice, saltem primario ad instruendos alios sua carmina canant atque conficiant. Sic satis. Nunc Vir **MAGNIFICE** accipe Carmen laudativum :

Wir **POMMERN** sind beglückt, weil wir wie Rosen blühen,
Da unsre Sonne nicht zu **Rostock** untergeht,
Sie scheint immerfort, und kan uns nicht entziehen,
Der Strahlen hellen Schein, so lang sie stille steht!
Sie müsse aber stehn, und niehmals von uns weichen,
Heißt unser Symbolum und Wahlspruch überall,
So kan der **Rosen-Stock** zu **Rostock** leicht erreichen,
Den Zweck der schönen Blüth in diesem **Rosen-Thal**.
Und da **MAGNIFICUS**, die Sonne der **STUDENTEN**,
Noch heute seinen Glanz und Strahlen von sich giebt,
Bringt dis **MAGNIFICAT** ! ein Mitglied der **Benenten**,

In diesem Lob Gedicht ein **Orden** der Dich liebt :
Wir **POMMERN** erregen mit frohlichen Herzen,
Die Saiten, Drometen und nehmen zur Hand,
Was schallet, was klingen und machen bekannt,
Durch Lob Gedichte,
Die Liebes-Früchte,
Die **Wonne** der **Sonne** ! weicht **Kummer** und **Schmerzen**.



POMP. ATTICUM in iis condendis
peditissimum, ita enim ille: *Versibus*,
amplitudine ceteros Romani populi pr
singulorum Imaginibus facta magistratus
ternis quinisque versibus descripserit.
exemplum apud CICERONEM, (d) e
defendit, ita: *Graci homines Deorum*
tyrannos necaverunt. Quae ego vidi At
institutas viris? quos cantus? quae CARM

(a) in Diff. de Veterum recentiorum
litis & solidis §. VI. p. 24. (b)
in vita P. ATTICI Cap. XIII. §
lone Cap. XXIX.

§. V.

Nunc ad Carminis Laudativi DEC
corum duplex aliud est internum, ali
Interno. Sicuti omnium & singulorum
Etis decenter se gerere; ita praepimis
bene observare. Hoc decorum dicitu
dum IV. constituit hujus decori requ
Candorem & VENUSTATEM. Ubi
naturâ. Alias enim facillime nostra
(a) in Lexic. Philol. tit. Poetis.

§. VI.

Judicet igitur quisque, quid qu
jusque. Nam nullus sermo, ut loqu
DAMUS (a) *venustus est*, (ita & nullu
Persona, nec rebus est accommodatus.
diturus ad finem quem sibi constitu
enim nil aliud spectet, quam ut dele
titiis perfundat, aut iis, in quorum ho
aduletur, quod quidem fere omnium
tium, de quo vid SCHÖNBOR
nus atque suum carmen exponet con
triquissimis quidem Poetis constitutum

B 2

fuisse atque ex
umque gestarum
sunt ita, ut sub
in amplius qua
autem invenis
MILONEM
nt iis viris, qui
divinas talibus

rum Scholis fo
eltris §. XIV. (c)
Orat. pro A. Mi

autem hoc De
m. Primum de
in dictis & fa
orum Poeticum
O (a) *venustus*,
um, Numerum,
Relata sint simul
sui exponat.

e persona cu
US ROTERO
ui non congruit
en aliquod con
piciat. Si quis
um animos læ
suum carmen,
commune vi
) se non mi
ludibrio. An
na Philosophiæ
dogmata

